



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

Benevole Lector,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**



## BENEVOLE LECTOR,



Offero TIBI exempla veterum  
*diplomatum* generis varii va-  
riique vsus.

Adiunxi eis *translationem*  
*reliquiarum S. Perpetuae*, quibus, ex Britannia  
in Germaniam traductis, iam anno 1709 ter-  
tia sedes, Corbeia ad Visurgim, obtigit,

Adieci genus illustris *Ketelhodiadarum*  
progeniei, quorum gens vna quondam in  
Abbatiae Corbeiensis territorio, in loco *Brok-*  
*husen*, sedem habuit, et saeculi xv in *Scheim*,  
nunc praefecturae Darmstadiensis domicilio,  
extincta.

)( 2

Secun-

Secunda eorum gens in terris Mansfeldicis hoc saeculo intercidit.

Tertia viget in Procancellario et Propraefide dicasterii ecclesiastici Rudolfsyadiensis admodum Illustri.

Succedit tandem huius monimentis *Registrum, Abbatis Corbeiensis, de bonis et proventibus Abbatiae Corbeiensis*, quo medii aevi Germania eiusque pagi et loca sic illustrantur, ut *Chronici Gottwicensis Besseliani Prodromus* inde sexcenties augeri et locupletari possit.

Tabularia, unde diplomata sunt desumpta, sunt ubique fere indicata.

Indices Operi subiectos, adornavi summa cum cura et diligentia.

Poteramus plura ex adparatu nostro dare et Tibi subministrare.

At ratio habenda erat voluminis, et, ne illud nimis excreceret, providendum.

Sic vale et rebus perpetuo vtere secundis.



ADDENDA